



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. clxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

usu fructuario tenere voluerit. Si autem res propria
præfens dimiserit, ex rebus ecclesiasticis triplum fructu-
rio usu, in suo tantum quis nomine sumat, quia sic eas
que tractare, ut alienarum rerum dispensatorem conuenit
non propriarum rerum largitorem.

De eadem re. Cap. CLXVIII.

Ex eodē
concil. ca.
12.

A Nulla potestate quis cogatur facere precaria de-
bus Deo & sanctis eius dicatis, quā ratio & usus
tineat, neminem cui non vult, contra utilitatem & ratio-
nem, præstitum de proprio facere beneficium.

De eadem re. Cap. CLXIX.

Ex eodē,
cap. 13.

VT precaria, de quinquennio in quinquenniū sec-
dum antiquam consuetudinem & auctoritatem
nouentur.

De donatione, vel venditione, vel commutatione
ecclesiastica rei. Cap. CLXX.

Ex cōcil.
habito a-
pud Va-
lencias,
cap. 50.

IRrita erit episcoporum donatio, vel venditio, vel
mutatio rei ecclesiastica, absque collaudatione & in-
scriptione clericorum.

De commutationibus rerum ecclesiasticarum.
Cap. CLXXI.

Ex cōcil.
apud Bel-
uacum,
cap. 5.

VT commutationes rerum ecclesiasticarum valde
ueantur, & subtilissimè si aliquo modo fieri debent,
aspiciantur. Quæ autem inconsultæ factæ sunt, iuxta
decretum canonicum Hylarii papæ, quas illicitè decessor
episcopus admiserit, vel ab aliis illicitè commissæ sunt,
eo qui successor est emendentur.

De eadem re. Cap. CLXXII.

Ex cōcil.
Matisicē.
cap. 4.

A Sancta synodo decretum est, & imperialis auctoritas
denunciat, ne commutationes rerum, vel mancipiorum
ecclesiasticorum quælibet persona sine licentia
consensu regio præsumat facere.

De ecclesiasticis mancipiis. Cap. CLXXIII.

Ex cōcil.
apud Ca-
risiacum,
cap. 2.

NEQVE mancipia ecclesiastica quisquam, nisi
libertatem commutet, videlicet ut mancipia quæ
ecclesiastico homine dabuntur, in ecclesiæ seruitute
maneant, & ecclesiasticus homo qui commutatur, perpetuam
libertate fruatur. Quod enim semel domino consecratum
ad humanos usus iam transferri non potest. Ait enim